

1012.

1290 d. 15 Febr.

Rom.

Påfven NICOLAUS IV:s Bulla, om 1 år och 40 dagars aflat för dem, som besöka Upsala domkyrka.

A. 1. 40.

NICOLAUS episcopus seruus seruorum dei. Uniuersis christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem et apostolicam benedictionem. Uite perempnis gloria, qua mira benignitas conditoris, omnium beatam coronat aciem, Cuius supernorum, a redemptis pretio sanguinis, fusi de pretioso corpore redemptoris, meritorum debet acquiri uirtute, inter que illud esse pregrande dinoscitur, quod ubique, sed precipue in sanctorum ecclesijs, maiestas altissimi collaudetur. Cupientes igitur, ut Cathedralis ecclesia vpsalensis, congruis honoribus frequentetur, omnibus uere penitentibus et confessis, qui ecclesiam ipsam in Natiuitatis, purificationis, annuntiationis, et assumptionis beate Marie uirginis, et beati Laurentij, festiuitatibus, et per Octo dies festiuitates ipsas immediate sequentes, necnon et in Anniuersario die dedicationis eiusdem ecclesie, annis singulis uenerabiliter uisitarint, de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, vnum Annum et Quadraginta dies, de iniunctis eis penitentijs misericorditer relaxamus. Datum apud vrbemueterem XV kalend. Martij Pontificatus nostrj Anno Tertio.

*På uppvecket vid hörnet, Jo. Pon. På baksidan: Helyas de Spoletio; derunder R, med deruti, scriptum cap:o och derjemte .DCCXIII.*

*Blybullan, med dess snöre, bortsliten.*

1013.

1290 d. 15 Maj.

BIRGER THOMASSONS gåfvobref på Luckustad till Saba kloster, vid ingående i klostrets brödraskap.

A. 3. h. 2.

Ego BIRGERUS THOME quondam filius notum facio omnibus presentibus & futuris quod ecclesie christi et Monachis de saba dedi totam partem meam in lucustadhum in parochia ørbergha in osgocia cum agris pratis et siluis et omnibus pertinencijs pro salute anime mee et parentum meorum Insuper & meipsum dedi in fraternitatem ipsorum coram deo et toto conuentui illorum et volo deinceps esse amicus eorum et defensor deo adiuuante In cuius testimonium sigillum meum est appensum scriptum anno domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XC<sup>o</sup> Jdus Majj.

*Sigillet nästan oskadadt.*

*På frånsidan: Donacio birgheri Thomasson super lukustadha in øsgocia prope Wadzstenas.*